

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Philosophia o

Aiebat namque Epithetus philosophus,
sicut narrat Agellius libro Noctium
Athicarum:
“Litteras atque doctrinas philosophie, cum in
hominem falsum atque degenerem tamquam
in vas spurcum atque pollutum influxissent,
veterari, mutari, corrumpi,
et urinam fieri.

Est,” inquit, “videri nonnullos
pecunie cupidos, glorie multatos,
libidinum servos,
ut cum qualitate pugnet oratio;

reprehensibile enim apud philosophos fuit
profiteri vitam philosophicam et tamen non
vivere secundum eam.”

Lucula noctis, 7 (E. Hunt ed., p.56, ll.129-138).

Epichetus philosophus aiebat

litteras atque doctrinas philosophie cum in
hominem falsum atque degenerem tanquam
in vas spurcum atque pollutum influxissent,
veterari, mutari, corrumpi
et urinam fieri.

Est, inquit, uidere nonnullos
pecuniae cupidos, gloriae multos,
libidinum seruos
ut cum qualitate impugnet oratio.

Reprehensibile enim apud philosophos fuit
profiteri uitam philosophicam et tamen non
uiuere secundum eam.

Agellius libro XVII.

Manipulus flororum, Philosophia o

Vnde et idem [Agellius] lib. 7. c. 19. ait,
quod Epictetus philosophus ...

litteras, atque doctrinas philosophiae, cum in
hominem falsum, atque degenerem tamquam
in vas spurcum, atque pollutum influxissent,
verti, mutari, corrumpi,
et vrinam fieri,
aut si quid vis vrina spurcius. Haec ille. De
talibus philosophis diffuse loquitur Tull. 2.
Tusc. c. 4. vbi ait. Quous enim quisque
philosophorum nuenitur, qui sit ita moratus,
ita animo ac vita constitutus vt ratio
postulat? qui disciplinam suam, non
ostentationem scientiae, sed legeri vitae
putet. Et sequitur.
Est videre alios
pecuniae cupidos, gloriae nonnullos, multos
libidinum seruos,
vt cum eorum vita pugnet oratio,
quod quidem mihi videtur esse turpissimum.

...sic Philosophus in ratione vitae peccans,
hoc turpior est, quod in officio, cuius vult
esse magister, vitio labitur, artemque vitae
professus, delinquit invita. Haec ille.
Reprehensibile ergo fuit apud philosophos
profiteri vitam philosophicam, et tamen non
vieuere philosophum.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 9.4.4
(L. Wadding ed., Rome, 1655, pp.402-3).

Nil profecto his verbis gravius, nil verius,
quibus declarabat maximus philosophorum

litteras atque doctrinas philosophiae, cum in
hominem falsum atque degenerem tamquam
in vas spurcum atque pollutum influxissent,
verti, mutari, corrumpi
et, quod ipse χωνιχώτερ ait, urinam fieri
aut si quid est urina spurcius.

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 17.19.4 (C.
Hosius ed., vol.2, p.221, ll.8-14).

videre licet alios tanta levitate et iactatione,
ut iis fuerit non didicisse melius, alios
pecuniae cupidos, gloriae non nullos, multos
libidinum seruos,
ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae
disputationes*, 2.4.12 (M. Pohlenz ed., p.285,
ll.17-20).

Reprehensibile ergo fuit apud philosophos
profiteri vitam philosophicam, et tamen non
vieuere philosophum.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 9.4.4
(L. Wadding ed., Rome, 1655, p.403).